


 QUOD CARO VIPERINA

*non solum nutrit, sed in longum
 vitam pro trahere
 possit.*

CAP. XXVI.



Ucusque carnem
 viperinam, theria-
 cen, salesque vipe-
 rinos, & oleum,
 reliquaque viperi-
 na, morbos ferè
 omnes certa ra-
 taque experientia curare, ex proba-
 tissimis utriusque linguæ auctoribus
 demonstravimus. Reliquum est mo-
 dò, ut alterum caput ostendamus, sci-
 licet carnem viperinam esse optimi
 nutrimenti. Quod erit nobis facili-
 mum, cum vitam proroget, ut antea
 comprobatum fuit, & infra clarius
 innotescet. Parthi populi opibus flo-
 rentes, cicadis tamen improbo cibo
 vescuntur, & etiam locustis vivunt,
 fumo

fumo & sale duratis in alimenta. Plinius est Auctor libro II. cap. 26. lib. 6. cap. 30. Ibidem, Æthiopus locustis vivere, sed hos omnes tam latae ditio- nis populos quadragesimum vitæ an- num non excedere. Libro 7. cap. 2. ex Agathargide Plinius refert, Man- dros & nonnullos alios populos lo- custis ali, & esse pernices; ac trecen- tos eorum vicos Megasthenes enu- merat, fœminasque septimo ætatis anno parere, & senectam ante qua- dragesimum annum accidere; De quibus Plutarchus 8. symposiacon 9. meminit. Brevioris igitur vitæ eom- potes sunt hi omnes, ob vitiosum & pravum alimentum. Videamus mo- dò qui viperæ utuntur carnibus, quàm longo vitæ cursu, & quam sani præcurrant; quoniam hoc salubri utuntur nutrimento, quo non solum communi vitæ brevioris, sed multò longiorum vivunt, ut antea probavi- mus. Ex Plinio ostendamus, qui lib. 7. cap. 2. Cynos & Indos ultra
flu-

flumen, centum & quadraginta annos vivere; item qui montem Athois incolunt, Æthiopas alteros, & Macrobios, & Seras existimat; hos quidem, quia viperinis carnibus alantur. Itaque neque capiti eorum, neque vestibus noxia corpori inesse animalia. In Ægypto viperis vivere, lib. 3. de Alimentis cap. 3. testatur Galenus, ubi de limacibus agit, & sic inquit, iniquum esset silentio prætermittere, quemadmodum collos, vermes qui in lignis nascuntur, & viperas aliofque serpentes, quibus in Ægypto, & apud alias quasdam gentes vescuntur. Ecce jam patet viperas esse non solum esculentas, sed vitam longissime prorogare. In Italia quoque à multis in usum receptas, ob vitæ longitudinem, & à mulieribus, ob pulchritudinem inducendam, expeti, & conquiri. Quare jam eis tuto uti unusquisque potest, & ex usu contracto secure hortari, sed præparatis & recenter captis utatur, ac selectis. De
 eadem

eadem carne Dioscorides lib. 2. ubi agit de his tanquam de cibus. Aëtius lib. 2. cap. 170. Paulus Ægineta cap. 13. libr. 5. Galenus libr. 2. ad Glauconem docet modum preparandi Viperas pro cibus. Aretæus lib. 8. cap. 13. Ipsa quoque in cæna obsonio dentur, quas coquere, & condire perinde ac pisces opus est. Ut vero probem vin eximiam ad prorogandam vitam possidere, ad solem vitæ auctorem in primo numismate cum viperis est ara erecta, quasi ad solem calorem proprium nativum, viperarum validissimum antiquos Romanos retulisse, & propterea calorem nostrum nativum, tum cibo roborare, & augere, & juvenes reddere, explosa senectutis & morborum causa per cutem, (vel occulto Dei consilio) sicuti serpens hominem deciperet innocentem, & sempiternæ vitæ ad mortem invidia detruderet, divina providentia morte viperæ & esu, homini olim tan noxiæ, vitam ad triplam

plam proportionem prorogari.
 Quòd homini est maxime admirandum. Plinius lib. 29. cap. 6. sic ad verbum: quidam interaneis exemptis viperis utuntur in cibis. Primum omnium occisæ, sal in os adhibent, donec lique scat humor noxius, & decocta, ut solent, statim vescuntur, aut panè colligunt ut sæpius utantur. Ecce igitur non solum recentibus usos fuisse antiquos viperis, sed etiam servatis, non solum assis & elixis, more piscium; verum etiam contusis, ut docet Galenus libr. II. à principio de Viperæ carne circa medium, litera D. Vinum etiam parari ex viperis novum non est, de quo pluribus in locis traditum est. Quare modo prætereundum, at capiti præfenti finem imponam.